



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm Novembbris Et Decembris

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10263

Vita breuis S. Liuini Archiepiscopi & Martyris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77423](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77423)

NOVEMBER.

Eccē q̄cō-
modo lau-
dar tenuita-
tem mensē
aperitatem
cibi, & po-
tūs simpli-
citatem.

præterire. Tenuis autem mensa, cibus asperior, simplicior potus, corpus firmat, con-

firman animum, & vtiusque hominis statum reddunt alaciorem.

Mundus verò quid facit? Offert nobis quicquid pulchrum est visu, & concupiscentiam carnis & oculorum, & ambitionem seculi, vt illaqueat miseris, illaqueatos

strangulet, strangulatos sempiternis inuoluat incendijs. Tentat nos multiformibus

inſidijs, superiùs per superbiam, per luxuriā inferiùs, à dextris per prosperitatē, per

aduersitatē à ſiniſtris, anteriùs per mundi concupiscentiam, posteriùs per preteri-

torum vitiorum recordationem, in orbiculari motu per inuolutionem ſenſuum.

Vigilare igitur necēſe eſt aduersus huiusmodi latrunculos manumque ſcariam,

& cum Elaia dicendum: Super ſpeculanū Domini ego ſum, stans iugiter per diem, &

ſuper custodiam meam ego ſum, stans totis noctibus. Nec ſolūm ſtarē conuenit, ſed

armatum ſtarē armaturam illa, quam Apoſtolus dicit: Induite vos armaturam Dei.

Alter noſtrorum temporum Tullius, de quo ſuperiùs mentionē feci, vernans vbiq̄ue

ſlore ſermonum, armaturam in hunc modum lucidifimis capitulis inauaurit: Si te

bulloſi ſpiritus, & incantatores mortuū carnis circa te obſtrepuerint, confide, & dic:

Diſcedite à me, maligni, & ſcrutabor mandata Dei mei. Si recalere carnem ſenſeri

& velle reuolare ad ineptias suas, eſto conſtaſs, & dic: Conſige timore tuo carnes

meas, Domine. Si paupertatem odiſſe ceperis, & diſiderio diuitiarum incepereſi ſu-

citari, expergiſſere, & dic: Va vobis, diuites, qui habetis h̄ic conſolationem veſtram.

Si te demulceat adulator, & ad plebeulę laudes animuſ hilare eſcat, cōfortare, & dic:

Oleum peccatoris non impinguet caput meum. Si tibi ſuggeratur, in futurū tempuſ

bonum diſſere propositum, conſurge, & dic: Dies Domini, ſicut fur, ita in die ve-

niet. Si gula defauiens lauiores tibi commendauerit apparatus, recalcitra, & dic:

Non eſt regnum Dei eſca & potus. His velut quibusdam increpatiōnibus diſfugium

inimici, delabitur memoria voluptatum, carnis gurgulitas conticēſit, ſancta con-

uerſationis initia conualeſcunt, mundus contemnitur, ſuperatur hoſtis antiquus.

Sic igitur videns, & vigilans fac funiculum tripliſem, qui diſſicile rumpit, & tran-

ad orationem, ingrediens interiōra veli cum ſummo Pontifice Domino noſtro Iesu

Christo, qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui aſſiſit vultui Dei pro te. Ad

miſſus autem, non ſic audaſter & frontosè ingeras te oculis Maiestatis, ſed humiliſ-

trepidaſione conuulfus, faltem quomodo ad tanta miracula admitti potueris, admi-

re. Sit ergo oratio verecunda, vt erubescamus peccata noſtra, & tantæ reuerentia

deſeramus: pura, vt nihil ab ipſo præter ipſum quaeramus: deuota, vt in pinguine

ſpirituſ eam protendamus: ampla, vt extendamus eam vñque ad inimicos: ſit con-

tinua, n̄ intermiſſione fiat remiſſio: ſit pacata, n̄ turbulentis cogitationum fluctibus

ſubmergatur. Fateor, exceilſi modum, & magis ſolitō veſtras aures onerare n̄ timui,

dum stylus in longinquitatem extēditur. Sed ſcio, quia patienter audiſtis me de illius

patientia diſputantem, qui eſt Deus benedictus in ſecula, Amen.

VITA BREVIS SANCTI LIVINI ARCHI-
EPISCOPI ET MARTYRIS, EX BREVARIO ECCL-
Eſiae Gaudenſis excerpta, vñ eius ſanctum corpus quieſcit.

12. Nouēbr.
S. Liuini pa-
tria.

Initiatur
facerdotio.

Creatur Archi-
episcop.



IVINVS in Scotia nobili genere natus, admodum ad-
huc puer non modo ſupra aratem eximia pietate conſi-
ciuſ, verum etiam miraculis clarus fuit. Adulta autem
etatis factus, praceptoribus viuſ eſt, primū egregio Dei
facerdore Benigno: deinde ſuceptore ſuo ē ſacro fonte,
magno illo Auguſtino Anglorū primo Epifcopo. A quo
tandem etiam ſacro ſacerdotij ordine decoratus, tanta
cum laude eo in ſtatu verſatus eſt, vt eū Scotti haud multo
ipſi in Archiепifcopum ſuum eligere non dubitauerint.
Quod munus tametsi Rege populoque compellente ſu-
ceperit, & magno cum fructu annos aliquot adminiſtri-
rit, poſteā tamen maluit infidelibus ad Christum conuertendis operam dare, (ad
quam rem mira Spirituſ ſancti gratia prædictus erat) quām in Epifcopatuſ ſuo vni tan-
tum prouincia quietius & minori cum labore præfereſſe.

Itaque

Itaque relicto in Scoria loco suo magna sanctitatis & virtutis Sylviano Archidiacoно, ipse Euangelij plantandi causa, tribus cum discipulis Foillano, Heliā, & Kiliā, Oceano traecto deuenit in Flandriam. Et ingressus coenobium Gandensē, à beato Amando Episcopo tunc recens extructum, humaniter à Floriberto Abbatе fratribusque exceptus est, anno incarnationis Dominicæ sexcentesimo tricesimo.

Relicto Episcopatu, venit in Flandriam praedicationis ergo.

decimo septimo Calendas Augsti. Vbi quum B. Bauonem triennio iam defundit, magnis coruscantem miraculis inueniret, memoriam viri celeberrimam & praesentia sanctitatis testimonia admiratus, triginta continuos dies super eius se- pulcrum Misericordia solennia celebravit, sū illi multis precibus, & monasterij Gani- densis curam commendans. Postea autem inde prædicationis causa profectus, innumerous ad Christi fidem verbo, exemplo, magnisque adiunctis miraculis, con- vertebat.

Eius vita ha- betur prima Octob. To- mo quinto.

Sed virtutē umbra sua statim inuidā sequitur. Homines enim impii, quibus Christus & pietas omnis erat exofa, animaduertentes sanctum Episcopum tantam ho-

minum multitudinem ad nouā religionem, erroribus pristinis, vitijsq; spretis, ad-

ducere, atq; adeò suiprō rauri cupiditatibus non parum obfistere, miris modis

persequerantur. Nec omnino desistebant, donec lingua eius extraētam cani-

bus deuorandā projicerent (quę tamen illi mox fuit miraculo restituta) ac tandem Lingua ab-

apud Helcham Flādrīe vicum, multis vulneribus fauicium, etiam obtruncarēt, an-

no ante memorato, pridiē Idus Nouembri. Quo codem loco nobilem quoquè & Obrūcatur

religiosam matronam Craphahildem Liuini hospitā, vnā cum filio eius Brixio,

quem Liuinus de sacro fonte suscepserat, quum palam quererentur immerito in-

terfectum esse sanctum Episcopum, immaniter trucidārunt. Quo factō, discipuli

beati martyris collectum eius corpus, simul cum beati Brixij corporculo, VNO CO-

demque in loculo in Hauthem vicino pago decēter sepelirunt, ac iuxta eos seor-

sūm, sanctam martyrem Craphahildem.

Multos ad fidem con- vertit.

De elevatione & translatione eius.

Avidens Theodoricus Episcopus Cameracensis sepulcrum beati Liuini in Hau-

them, territorio Allofensis, fucq; dioecesis pago, celeberrimus miraculis coru-

scare, ed mox aduenit, & locum visurus, & rei veritatē corām intellecturus. Cumq;

maiora multo quam audiērat re ipsa experiretur, rogatus à religiosis coenobij D.

Theodori- cus Episco-

Bauonis, qui multum ibi auctoritatis iure patronatus, antiquaq; possessione obti-

nebat, sanctorum Liuini & Brixij corpora omni cum reverentia & gaudio ē terra raceñ. corū

sufūlūt, & loco celebriori decenter collocauit. Cōrigit hoc sub Eynardo Abate: corpora cie-

anno partē redēptionis octingentesimo quadragesimo secundo, quarto Calen-

das lūrias.

Multis autē post annis felicis memoriæ Eremboldus Abbas, qui & peregrinum

S. Macarium hospitiū suscipere meruit, coenobio cui praeerat maiorem etiam cu-

piuit dignitatis gloriam conciliare. Metuebat enim ut sanctissimæ reliquiae in ma-

nus quorundam, monasterio suo parūm fauentium, aliquādō peruenirent, sicque

ecclesia sancti Bauonis tanti martyris patrocinio priuaretur. Fusis ergo ad Deum

precibus, atq; in Domino confortatus, Hauthem cum fratribus proficiscitur. Pro-

priusq; accedens, oculum Sanctorum aperuit, & pignora illorum omni ex parte

integra vniuersis ostēdit. Atq; ita multa cum fidutia & gaudio deposita, ad suū mo-

nasterium deportavit, anno liberati humani generis millesimo septimo. Tum ve-

rō Deus praesentibus miraculis cōmunem lātitiam magnoperē promouebat. Nec

decerat populus Gādensis suo officio, qui ingenti numero ciuitate effusis obuiām

magnis laudibus veniebat, & vnā cum reliquis coenobij fratribus, reliquias S. Bauo-

nis, aliorumque Diuorum, in occursum aduentantium religiosissime deferebant.

Hoc in loco quum Anno supra millesimū octuagesimotertio prima sacrarum

reliquiarum translatio per Radbodus Nouiomensiū Tornacensiumq; Episco-

pum & Vuihmannum Abbottem facta esset, rursū post nonaginta propē annos

altera translatio celebrata est Betronis Abbatis tempore, qua thesaurus ille sancta-

rum reliquiarū nouo loculo ornatisimè preparato inferta est, Vualthero Episcopo

Tornacensi, qui & caput, & corpus integrū populo, fratribusque, magna omniū

lætitia, spectandum exhibuit, & diem trālationis huius singulis annis quinto Cal.

Iulias, quo facta erat, Episcopali auctoritate celebrari præcepit. Cumq; eleuatio

corporis quarta Calēdas Iulias primū facta esset, eius rei memoriā voluit codem

Bb die

URIUS

OPP
A. M. C. R.

RVIII.

5

S. Liuini
translatio
prima

Translatio
cius secunda.

dic cum memoria prædictæ translationis cōiungi, vt rerum gestarū diversitas m̄
teriam duplacet gaudiorum, ad gloriā omnipotētis Dei in secula seculorū, Amen.

VITA S. MARTINI PAPÆ, QVI PRO DEFEN-
SIONE CATHOLICAE FIDEI EXILIVM PASSVS
est: à quodam eius familiari vel comite scripta. Extat in an-
tiquis MS. codicibus.

Nouemb. 12
secundūm
Martyrolo-
gia.
Cap. I.
Patria S.
Martini.

for. * paula-
tim
Psal. 118.
Ibidem.

Matth. 13.
* sc̄ita
for. * pore
Ephes. 6.

Cap. 2.
Multæ eius
diuinarum
humanarū
que litera-
rum pertin.

Initiator
tonsuræ cle-
ricali.

z. Cor. 6.
Gal. 6.
Phil. 1.

Feruer mar-
tyrij deside-
rio.

Cap. 3.
Theodorus
Papa vita
defungitur.

V M M A deuotione recolēdus, meritisque præcipue
Deo pér omnia dignissimus Martinus, vir Apollonius
generosa traductus p̄ pagine, Tudertina ciuitate orni-
dus fuit. Qui cùm in annis puerilibus à parentibus an-
tissimi ingenij magistris ad instituendum fuisse deler-
tus, ut pote bone spei iam & in dolis, ita copit, magistru-
te sibi spiritu sancto, acumina literarum archiu omen
x palati recondere, & in omnem intelligentiam pro-
cere, vt iam tunc nō immerito Daudicum illud can-
posset Domino: Super omnes, inquietus, docentes
intellexi. Et rursum: Quād dulcia fauibus meis d-
quia tua Domine. Præparauit nanque Dominus Ecclesiæ suæ non ignavum Eu-
gelici frumenti dispensatorem futurum, qui vt scriba doctissimus in regno celo-
rum est Ecclesia, proferre sciret de thesauro suo noua & vetera. Omnia verò in
ephebus sophia molimina voti compos & sc̄ite enodauit, & vt p̄puta diuinib[us] bel-
lorum bellis, se in propatulo contra omnes veritatis inimicos dedit, scuto fidei
diquè munitus, galea salutis protectus, & gladio spiritū sancti, quod est verbū de
armatus, imperterritus exitit & inuenitus. Fuit verò formosus facie, sed formosus
castimonia sanctitate, nec aliquo modo poterat tanti iuueni exatula facile de-
cū ad proliuia peccandi, cuius rota intentio, fine aliqua impeditio[n]is morula
discendi semper extirrit, aut docendi.

Cumque iam nouum vas electionis Domini, atq; armarium spiritus sancti mu-
dissimum, beati Martini peccus fuisse effetum, & omnium mundanarum diuina-
rumq; literarum subtilitates prudente scalpelio ad liquidum penetrare, & Diabolus
eticorū strophas enodare sine rubore addiscret, sapienti satis confilio studuit no-
minalibus, sed soli placere omnipotenti Deo. Quoniam autē vir Domini ad cu-
mulum perfectionis philosophia easit, ipsius diffiniens philosophia perfectione
oportere Rhetorē peritum esse loquendi, bonū, piū, iustum, benioliū, ac bene-
moratum: conuertit nanq; magnō pietatis nisu magnificientiam à Deo libidate
pientia, ad impletionem omnis iustitiae. Et quia in Physica operā dedit, scire in-
ligere, falsa à veris discernere: per Ethicam conatus est mores compone[re]: illi os in
studuit propagare atque pronunciare. Decisa nanque cesarie, honorem clericatu
deuotus accepit, atq; ad Ecclesiasticos gradus concendit dignissimus. Postea tonsa
in Deo suspensus, de anime sue salute semper erat sollicitus, & ita seruus vixit in fe-
culo, vt dum genuina substantia opulentus videretur, iam quasi nihil habens, &
omnia possidēs, pauper cum monachis, spiritu diuīs erat Christo. Totus crucifixus
erat mundo, quandoquidem illi mūdus erat crucifixus. Vnuer quippē illi Christus
erat, & mori lucrum desiderium nang; multoties habuit cum Apostolo dissolu[i]t
esse cum Christo: quippē qui martyrij palmā, si temporis occasio non esset impe-
mento, ardentissimo iam tunc sitiebat pro veritate desiderio. Sed omnipotēs Deus
desiderium illius distulit, atq; ouibus suis talem aritet necesariorē referauit, do-
nēc per pastoralē curam perueniret ad martyrij coronam. Sediam ratio ordinis
examissim experit, vt qualiter ad vniuersalem & Apostolicam Romana Ecclesia
sedē diuina sit electione promotus, qualivē modo pro assertione veritatis impro-
borum infidilis de propria fede fuerit expulsus, atque exiliatus, Deo opitulāt, que
licunque stylo elucubrare debeamus.

Beata recordationis Papa Theodoro vita excedente, viamq; vniuersa carnis in-
grediente, sancta & Apostolica mater Ecclesiæfū Dei Romana Ecclesia, à proprio
pastore viduata, atq; lamēabiliter destituta, nē ouile Domini diuītūs & plus equi-
prouisore carceret, Archidiaconus collecto in vnum clero, omniq; simul coru[m]
mano,

V M M A deuotione recolēdus, meritisque præcipue
Deo pér omnia dignissimus Martinus, vir Apollonius
generosa traductus p̄ pagine, Tudertina ciuitate orni-
dus fuit. Qui cùm in annis puerilibus à parentibus an-

tissimi ingenij magistris ad instituendum fuisse deler-
tus, ut pote bone spei iam & in dolis, ita copit, magistru-

te sibi spiritu sancto, acumina literarum archiu omen
x palati recondere, & in omnem intelligentiam pro-
cere, vt iam tunc nō immerito Daudicum illud can-

posset Domino: Super omnes, inquietus, docentes
intellexi. Et rursum: Quād dulcia fauibus meis d-

quia tua Domine. Præparauit nanque Dominus Ecclesiæ suæ non ignavum Eu-

gelici frumenti dispensatorem futurum, qui vt scriba doctissimus in regno celo-

rum est Ecclesia, proferre sciret de thesauro suo noua & vetera. Omnia verò in

ephebus sophia molimina voti compos & sc̄ite enodauit, & vt p̄puta diuinib[us] bel-

lorum bellis, se in propatulo contra omnes veritatis inimicos dedit, scuto fidei

diquè munitus, galea salutis protectus, & gladio spiritū sancti, quod est verbū de

armatus, imperterritus exitit & inuenitus. Fuit verò formosus facie, sed formosus

castimonia sanctitate, nec aliquo modo poterat tanti iuueni exatula facile de-

ciū ad proliuia peccandi, cuius rota intentio, fine aliqua impeditio[n]is morula

discendi semper extirrit, aut docendi.

Cumque iam nouum vas electionis Domini, atq; armarium spiritus sancti mu-
dissimum, beati Martini peccus fuisse effetum, & omnium mundanarum diuina-
rumq; literarum subtilitates prudente scalpelio ad liquidum penetrare, & Diabolus
eticorū strophas enodare sine rubore addiscret, sapienti satis confilio studuit no-

minalibus, sed soli placere omnipotenti Deo. Quoniam autē vir Domini ad cu-

mulum perfectionis philosophia easit, ipsius diffiniens philosophia perfectione

opportere Rhetorē peritum esse loquendi, bonū, piū, iustum, benioliū, ac bene-

moratum: conuertit nanq; magnō pietatis nisu magnificientiam à Deo libidate

pientia, ad impletionem omnis iustitiae. Et quia in Physica operā dedit, scire in-

ligere, falsa à veris discernere: per Ethicam conatus est mores compone[re]: illi os in

studuit propagare atque pronunciare. Decisa nanque cesarie, honorem clericatu

deuotus accepit, atq; ad Ecclesiasticos gradus concendit dignissimus. Postea tonsa

in Deo suspensus, de anime sue salute semper erat sollicitus, & ita seruus vixit in fe-

culo, vt dum genuina substantia opulentus videretur, iam quasi nihil habens, &

omnia possidēs, pauper cum monachis, spiritu diuīs erat Christo. Totus crucifixus

erat mundo, quandoquidem illi mūdus erat crucifixus. Vnuer quippē illi Christus

erat, & mori lucrum desiderium nang; multoties habuit cum Apostolo dissolu[i]t

esse cum Christo: quippē qui martyrij palmā, si temporis occasio non esset impe-

mento, ardentissimo iam tunc sitiebat pro veritate desiderio. Sed omnipotēs Deus

desiderium illius distulit, atq; ouibus suis talem aritet necesariorē referauit, do-

nēc per pastoralē curam perueniret ad martyrij coronam. Sediam ratio ordinis

examissim experit, vt qualiter ad vniuersalem & Apostolicam Romana Ecclesia

sedē diuina sit electione promotus, qualivē modo pro assertione veritatis impro-

borum infidilis de propria fede fuerit expulsus, atque exiliatus, Deo opitulāt, que

licunque stylo elucubrare debeamus.

Beata recordationis Papa Theodoro vita excedente, viamq; vniuersa carnis in-

grediente, sancta & Apostolica mater Ecclesiæfū Dei Romana Ecclesia, à proprio

pastore viduata, atq; lamēabiliter destituta, nē ouile Domini diuītūs & plus equi-

prouisore carceret, Archidiaconus collecto in vnum clero, omniq; simul coru[m]

mano,